

967 giugno 25, Firenze¹

Nel placito tenuto da Federicus, vasso e messo dell'imperatore, viene decisa a favore dei canonici di San Giovanni e del giudice Petrus, loro avvocato, la lite che essi avevano con il vescovo Sichelmus e il suo avvocato, il giudice Petrus, a proposito dell'usufrutto della pieve di San Lorenzo e San Giovanni di Signa, in virtù della la *cartula offersionis* del vescovo Raimbaldus in favore della Canonica che i canonici presentano in giudizio.

Copia del sec. XI.

Archivio della Canonica della Cattedrale di Firenze, n. 950 [B].

Edizione: Manaresi, II, n. 157

Dum in Dei nomine civitate Florentia, in atrio domui episcopatus sancti Iohannis episcopio ipsius civitatis per data licentia Sichelmi episcopus, in iudicio residisset Fridericus vassus et missus domni imperatoris singulorum hominum iustitias faciendas hac deliberandas, residentibus cum eo Hubertus sancte Parmensis ecclesie episcopus, Zenobius Fesulanensis ecclesie, Rainerius Suanensis sanctarum Dei episcopis, Adalbertus comes², Petrus, Ingefredus³, Altiperto, Rossari, Petrus, Benedicto, Eribrando iudicibus domni imperatoris⁴, Rodilando vicecomes⁵, Rainerius comes, Gherardo, Hugo, Petrus, Rainerius, Iohannes, Leo, Teutio, Iohannes et Ansuberto, Tasseramo notarii domni imperatoris, Suppo, Rodulfo, Actio, Gerardo, Teuderico et Actio, Vuinighildo, Sichelmo, Arderado, Rainerius, Petrus, Rainberto, Raineri, Vuillelmo, Grimaldo, Lanberto, Ildebrando, Petrus, Gerardo et Acto, Teudo et reliquis. Ibique eorum venerunt presentia Petrus, Dominicus, Leo et Martino presbiteri, Hiudo, Rodilando, Mainfredus diaconis et canonicis, et ostenderunt ibi in eodem iudicio una simul cum Petrus iudex et advocatus ipsorumdem canonici cartula una offersionis, in qua continebatur in ea ab ordinem sicut hic subter legitur: «In nomine domini Dei eterni. Otto gratia Dei imperator augusto anno imperii eius tertio, mense iulio, indictione septima, feliciter. Dum fragilitatis umanum generis ultimum vite temporis subitanea transpositio ventura oportet ut non in quenquam inparatum nec sine aliquo bonis operis respectum migrare de hoc seculo, set preparare oportet sibi viam salutis per quem ad eternum valeamus ante magestatis tribunal Christi pervenire. Et ideoque ego in Dei nomine manifestu sum ego Rainbaldus sancte Florentine ecclesie episcopus quia pro remedium anime bone memorie antecessoris meis et anime mee seu et pro remedium anime de sucessoribus meis per hanc cartulam offersionis nomine ad usufructuandum dare et offerere adque tradere previdi in canonica de ecclesia vestra sancti Iohannis Bactista, id est ecclesia quod est plebem nostra sancti Laurenti et sancti Iohannis Batiste cum curte et casis omnibus illis qui est posita in loco Exinea⁶; casi vero ipsis tan de donnicatis quamque et de massariciis cum fundamentis vel universis fabrici suis curtis ortas terris vineis silvis virgareis pratis pascuis silvis olivetis rebus cultis et incultis insimulque cum ecclesiis et titulis subiectis ipsius plebis nostre in integrum cum omnia et in omnibus casis et rebus quantas ubique et in qualibet locis et vocabulis et apendiciis ad ipsam plebem et suprascripta curte et iam dicte ecclesiis et titulis sunt pertinentes aut pertinere debentur in integrum in ipsa canonica dare et offerere videor. Id est onnem redditum et debitum et debitacionem illam quantas singulis hominibus qui sunt abitantes in villis nucupantes in loco Porto, Pangnano, Lecore, seu in loco Labricini, Corliano, Dometiano, Barbarino, Sancto Angelo, Bruntingnana, Ciolatico, vel per aliis villis qui ad ipsa suprascripta plebe et omnibus ibi abitanti sunt aut fuerunt consuetudo tam vino labore oleo bestiis argentum pannamenta ferramenta vel qualicumque movilias, quem

dici aut nominari possimus qui ad ipsam suprascripta plebem et cum suprascripta curte consueti vel debiti sunt reddendi aut in antea fuerint, omnia et in omnibus in integrum in ipsa suprascripta canonica dare et offerere previdi, ut ipsi canonici qui modo sunt aut eorum sucessionibus semper permaneat. Potestatem omnibus predictis casis et rebus cum moviliis et familiis qui ad ipsa suprascripta plebe sunt pertinentes aut pertinere debentur ipsi canonici, qui modo sunt aut in antea fuerint, abeant abendi inperandi laborare faciendi usufructuandi et in ipsa suprascripta plebe per vestra dispositionem officio Dei et luminaria et missa et incensum fieri debeant factum, et licentiam et potestatem abeatis vos canonici vel vestris sucessionibus vel cui vos dederitis vel abere decreveritis sit permaneat potestatem et in ipsa ecclesia vestra moviliis intus ibidem mittendum et omnes moviliis quam ibidem inveneritis que de suprascripta plebem et de suprascripta curte pertinet aut pertinere debet foras traendum et tollemum et faciendi exinde vos vel sucessionibus vestris exinde omnibus quicquid vobis placuerit et qualiter exinde feceritis stabilem permaneant semper. Nam ego Rainaldus episcopus non abeam licentiam nec potestatem neque ego predicto Rainaldus episcopus neque meis sucessionibus de suprascripta plebe cum suprascripta curte et cum omnibus rebus ibidem pertinentibus sicut supra dictum est non abeat licentiam nec potestatem neque in cambio neque per libello nec per nullum beneficium dare debeas nisi ipsi suprascripti canonici qui modo sunt aut in antea fuerint abeat usufructuandum et faciendum quod volueritis. Et si forsitan ego qui supra Rainaldus episcopus vel meis sucessionibus qui hunc scriptum offensionis dirumpere aut contrariare vel minuere aut in cambio aut per libello aut per quolibet scriptum vel ad secularia subtrasserit et non permanserint omnia qualiter superius legitur aut scriptum est, de Deum omnipotentem exinde abeat tributorem et cum Iudas Scariothas abeat rationem in die iudicii et da tricentumdecem et octo sanctorum patrum qui canones constituerunt et da duodecim apostolorum et omnia acmina sanctorum occurrat eis in offensionem et maledicionem. Ideo volo adque confirmamus, ut sacerdotes qui modo in ipsa canonica sunt vel eorum sucessionibus incensum et luminaria et officium sacerdotalem diurno et nocturno missa et salmorum vigilia facere debeant et si neglexerit et non fecerint Deum illorum requirant. Et si forsitan ego qui supra Rainaldus episcopus vel sucessionibus meis de suprascripta plebe et de suprascripta curte et de omnibus suprascriptas casis et rebus et simulque cum ecclesiis et titulis que sunt subiecti ipsius plebis nostre aut de debito vel redditum quem consuetudo sunt reddendi aliquit ego Rainaldus episcopus vel sucessionis meis subtrahere quesierimus et omnia que superius legitur non observaverimus aut nos contradicimus ita sicut superius legitur, ante tribunal Christi deducat rationem et insuper componat ipsius canonicas argentum denarios solidos ducentos. Et hanc cartula offensionis usque in finem seculi firmam et inlibata permaneat. Actum Florentia, feliciter. Ego Rainaldus episcopus ad nos facta subscripsi. Ego Adolfo archipresbitero subscripsi. Iudo archidiaconus subscripsi. Iohannes clericus et vicedomui subscripsi. Ego Dominicus presbiter canonicus et cardinalis subscripsi. Sichelmus diaconus subscripsi. Ego Ursefredus presbiter canonicus et card[i]nalis subscripsi. Ego Constantino presbiter canonicus et cardinalis subscripsi. Ego Petrus presbiter canonicus et cardinalis subscripsi. Ego Silvester presbiter canonicus et cardinalis subscripsi. Ego Eriberto presbiter canonicus et cardinalis subscripsi. Ego Petrus presbiter custodes et canonicus subscripsi. Ego Sigo presbiter et cardinalis subscripsi. Ego Petrus diaconus et canonicus subscripsi. Ego Leo presbitero canonicus subscripsi. Ego Martino presbitero canonicus subscripsi. Ego Dominicus presbitero canonicus subscripsi. Ego Petrus presbitero canonicus subscripsi. Ego Iohannes subdiaconus et canonicus subscripsi. Ego Martinus presbitero canonicus et cardinalis subscripsi. Ego Petrus presbiter canonicus subscripsi. Ego Altiperto iudex domni imperatoris subscripsi. Ego Gerardo notarius

rogatus ad Rainbaldo episcopus subscripsi. Ego Petrus notarius et scabinus subscripsi. Ego Petrus notarius domni imperatoris rogatus ad Rainbaldus episcopus subscripsi. Ego Amalbertus rogatus ad Rainbaldus episcopus subscripsi. Ego Petrus notarius domni imperatoris scripto post traditam conplevit». Cartula ipsa offersionis ibi in iudicio ostensa et ab ordine lecta interrogati sunt ipse Petrus, Dominicus, Leo, Martino presbiteri, Hiudo, Rodilando, Mainfredus diaconi et canonici ecclesie episcopatui sancti Iohannis et Petrus iudex advocatus eorum ab is iudicibus et auditores pro quit cartula ipsa offersionis ibi in iudicio ostenserunt. Qui dixerunt: “Vere cartula ipsa ofersionis hic in iudicio vestris ostensimus presentia, ut ne quislibet homo adversus nos exinde aliquid dicere possit quod nos eam silens aut oclulta vel concludiosa abuissemus aut detenuissemus. Et nunc ecclesia illa cui vocabulum est sancti Laurentii et sancti Iohanni plebem baptismale sita loco ubi dicitur Exinea cum omnibus casis et rebus seu redditum et debitionem ad eam pertinentibus abemus et detinemus ad pars prenominata canonica sequenter ipsa ofersionis cartula, et si quislibet homo adversus nos exinde aliquit dicere vellit, parati semus hic vestris presentia cum eo in rationem standum et legitime finiendum. Et quod plus est querimus, ut dicat nobis iste Sichelmo venerabilis episcopus et Petrus iudex et advocatus eius et ipsius episcopio, qui hic presens sunt, si cartula ipsa ofersionis, quas hic in iudicio ostendimus, bona et veras est et legibus facta est, aut si predictus quondam Rainbaldus, qui fuit episcopus, eam fieri rogavi et manu sua firmavi et si ecclesia illa cui vocabulum est sancti Laurentii et sancti Iohannis Baptiste cum omnibus casis et rebus seu redditum et debitionem ad eam pertinentibus nobis vel pars predicta canonica contendere aut contradicere vult, a nom”. Quibus ipse donnus Sichelmus episcopus cum predicto Petrus iudex eius et ipsius episcopio advocatus professi et manifesti dixerunt: “Vere cartula ipsa ofersionis quas hic in iudicio ostensistis bonas et veras est et legibus facta est et predicto quondam Rainbaldus, qui fuit episcopus, fieri rogavi et manu sua firmavi et predicta ecclesia plebe sancti Laurentii et sancti Iohanni cum omnibus casis et curtis seu redditum et debitionem adque rebus ad eam pertinentibus vobis vel pars prenominata canonica vestrisque successoribus non contendimus neque contradicere querimus neque per scriptiones neque per nullum argumentum ingenium, set ut diximus vestra qui supra canonici ad pars predicta canonica vestrisque sucessoribus sequenter ipsa ofersionis pagina esse debunt”. Et cum ipse Sichelmus episcopus et Petrus iudex eius et ipsius episcopio advocatus taliter professi et manifesti disserunt, rectum eorum omnium paruit qui supra iudicibus et auditores et iudicaverunt, ut iusta eorum altercationem et ipsius domni Sichelmi episcopi et Petrus eius et ipsius episcopio advocatus, ipse Petrus, Dominicus, Leo, Martino presbiteri, Hiudo, Rodilando, Mainfredus diaconi et canonici et ceterisque canonici ad pars prelibata canonica, ecclesia vero ipsa sancti Laurenti et sancti Iohannis plebe baptismale cum omnibus casis et curtis seu redditum et debit[i]one cum omnibus rebus ad eam pertinentibus aberent et detinerent sequenter ipsa ofersionis pagina et manerent inde securus et indempnis sine contraditionem ipsius Sichelmi episcopi et Petri eius et ipsius episcopii advocatus vel pars predicti episcopii, nan ipse Sichelmus episcopus et Petrus iudex et advocatus eius et ipsius episcopio vel pars predicti episcopatui manerent inde omni tempore tacitos et contentos hac remotos. Et insuper ipse Fredericus vassus et missus domni imperatoris per fuste quas in suis detinebat manibus misit bannum domni imperatoris super ecclesia illa sancti Laurentii et sancti Iohannis plebe baptismale et insuper casis et omnibus rebus seu redditum et debitionem ad eam pertinentibus in mancosos aurii duomilia ut nullus quislibet homo magna parvaque persona prenominati canonici et ceterisque canonici eorumque sucessoribus de predicta ecclesia sancti Laurentii et sancti Iohannis plebem baptismale cum omnibus casis et curtis seu redditum et debitionem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus

devestire presumat. Qui vero fecerit predictos duomilia mancosos aurii conposituros se angnoscat, medietatem pars camare domni imperatoris et medietatem predicti canonici et ad illi alii canonici qui in ipsa Domini canonica pro tempore fuerint eiusque successoribus. Et in eo modo finita est causa. Unde hanc notitia pro securitatem et futuram ostensionem eorundem canonici ostendenda fieri iussimus. Quidem et ego Teupertus⁷ notarius domni imperatoris ex iussionem et suprascripti Friderichi missu domni imperatoris seu iudicum admonitionem scripsi. Anno regni domni nostri Ottoni gloriosissimi imperatoris augusto anno imperii eius in Italia sexto, septimo kalendas iuli, indictione decima. + Fridericus missus subscripsi. Zenobius episcopus Fesolanensis ecclesie interfui. + Ego Rodelando vicecomes ibi fui. (C) Hubertus episcopus Parmensis subscripsit. + Rainerius episcopus Suanensis ecclesie interfui. (S) Ingefredus iudex domni imperatoris interfui. (S) Ego Rossari iudex domni imperatori interfuit. (C) Ragembaldu diaconus et primicerius interfui. (S) Benedictus iudex domni imperatoris interfui. (S) Petrus iudex domni imperatoris interfui. Ego Altiperto iudex domni imperatoris interfui. (S) Petrus iudex domni imperatori interfui. (S) Petrus notarius et scabino interfui. (S) Hugo notarius interfui. (S) Ansiberto notarius domni imperatori ibi fui. + Ego Iohanni notarius interfui. (S) Ego Teuzo notarius ibi fui. + Ego Sialberto interfui. Ego Raineri ibi fui. (S) Ego Rainaldo notarius domni imperatori ibi fui.

¹ Su questo placito, Cortese 2007, p. 113.

² Probabilmente si tratti di Adalberto Atto di Canossa, Fumagalli 1971; Fumagalli 1981, pp. 107-110; Rinaldi 2003; Tomei 2014 con buona parte della bibliografia precedente.

³ Membro dell'*elite* lucchese, nipote del vescovo di Lucca Corrado, fece parte dell'*entourage* del marchese Ugo nella seconda metà del X secolo, e in vari tribunali, Puglia 2003, pp. 151-152.

⁴ Su questo gruppo di *iudices*, v. Radding 2013, pp. 243 e ss.

⁵ Membro dell'*entourage* di Ugo marchese, Puglia 2002, p. 731, è sottoscrittore di alcuni documenti marchionali tra il 967 e il 978, Puglia 2006, pp. 105-107.

⁶ Pieve dei Santi Lorenzo e Giovanni di Signa. I beni della pievi furono disputati anche in Manaresi, II, n. 207 (987 giugno 6).

⁷ Sottoscrive alcuni documenti marchionali nel trentennio 967-998, Puglia 2003, p. 153.